In Parochialibus exemptis non servatur concursus, *de Jurisd. disc.15.n.3.& 5.* ubi declaratur.
Quale jus habeat ordinarius in provisione Vicariæ Ecclesiæ Parochialis unitæ, *de Benef.disc.101.n.7.*
Et quid referat cadere concursum nec ne, *ib.*
Concursus non intrat in Parochialibus unitis, sed provisio fit ad nominationem Prælati, vel Rectoris Ecclesiæ, cui facta est unio, *de Benef.disc.101.sub n.7.de Jurep.disc. 3.n.13.*
Vicaria quando provideri debeat per concursum, vel potiùs facienda fit provisio ad nominationem Prælati, seu Rectoris Ecclesiæ, *de Paroch.disc.39.n.4.remissivè.*
An validus sit concursus coram Vicario substituto ab alio Vicario, *de Paroch disc.45.per tot.*
Non datur appellatio suspensiva à præelectione, & judicio ordinarii, *de Paroch.disc.45.n.2.*
Et de stylo Datariæ cognoscendi an oppositiones impetrantium sint benè fundatæ, *d.disc.45.n.4.*
Circumstantiæ preponderantes litteraturæ ad effectum præeligendi concurrentes recensentur, *de Paroch.disc.1.n.19.disc.3.n. 9.& 11.disc.6.n.4.& 13.disc.7.n.5.disc.38.n.27.& 59.Rel.Cur. disc.21.n.10.*
In parochialibus electio personæ spectat ad Episcopum, quamvis collatio ratione reservationis spectat ad Dariam, *de Benef. disc.112.n.5.*
Donec provideatur præficitur Vicarius, cui nullum jus formatum acquiritur, *de Regul.dis.9.n.5.& 6.Ann.ad Conc.dis.32.n.2.*
Providenda est mediante concursu, *de Jurep.disc.7.n.12.& 15. Ann.ad Conc.disc.32.*
Etiam quod esset de Jurepatronatus, *de Jurep.disc.6.n.14.*
Dummodo sit de Jurepatronatu Ecclesiastico, secus laicali, *d.disc.7.n.13.& 14.disc.51.n.8.*
Et providentur non obstante appellatione à concursu, *d.disc. 51.n.8.*
Inter presentatos verò de Jurepatronatus laicali datur appellatio, *ibid.*
Et quomodo provideatur Ecclesia patronata si institutio spectet ad ordinarium, *Ann.ad Conc.disc.11.n.30.*
In Statu Mediolani providebantur per ordinarium ad nominationem Ducis, & Communitatum, *de Jurep.disc.6.n.10.*
Conferenda est dignori, *Ann.ad Conc.disc.32.n.18.de Benef. dis. 66.sub n.9.disc.67.n.3.disc.69.n.9.*
In Electione tamen dignoris versatur arbitrium Episcopi pro quo præsumitur, *de Benef.disc.67.sub n.2.& 3. disc. 68.nu.8. disc.69. sub n.14.*
Provisus à Prælato inferiori quando sit approbandus ab Episcopo, *de Jurep. disc.64.sub n.32.remiss.*
Collata per ordinarium cum reservatione pensionis an reservatio vitiet, vel vitietur, *de Jurep. disc.48.n.3.*
Unita providenda est Vicario cum assignatione congruæ. *Ann. ad Conc. disc.9.n.1.*
An possit obtineri per Canonicos Regulares, *de Benef.disc.62.n.3. disc.75.n.20.*
Annexa monasterio providenda est de Vicario sæculari, *de Par disc.21.n.1.*
Et an talis Vicaria debeat esse manualis, vel perpetua, *d. disc.21.n.3.*
Vacans in mense reservato, vel in Curia, si Papa moriatur, ante provisionem, an conferri possit per ordinarium, *de Benef. disc.24.n.3.& seqq.disc.25.n.4.& seqq.*
Et quid ubi cessante reservatione collatio spectaret ad inferiorem, *d.disc.25.n.7.*
Vbi adesset sola vacatio in curia absque alia specie reservationis ordinarius conferret, *d.disc.24.n.5.disc.25.n.4.*
Intellige, ubi provideatur sede vacante, secus si post assumptionem novi Pontificis, *d.disc.25.n.5.*
Et quomodo sit faciendus concursus, ac respectivè provisio in mense reservato, *de Benef. disc. 14.n.1. remiss.*
Vid. Concursus quoad Beneficia, Examen Parochorum.

PAROCHIA QUOAD DISMEMBRATIONES, DIVISIONES, ET UNIONES.

Nova erigi quando valeat cum dismembratione antiquæ, *de Par. disc.34.& seqq.& 42.per tot. de Decim.disc.12.n.7.& 8.Ann.ad Conc.disc.16.per tot.*
Populo excrescente an sint dividendæ, vel potiùs deputandi Vicarii, aut aliæ Ecclesiæ adjutrices *Ann.ad Con.disc.16.n.1.& seq. Parochias* erigere minus expedit, quàm deputare Vicarios, *de Paroch.disc.18.n.2.*
Hujusmodi dismembratio redolet prohibitam alienationem, *de Paroch.disc.42.n.2.& 3.* ubi declaratur.
Non requiritur beneplacitum Apostolicum, sed fieri valet cum auctoritate ordinarii cum consensu tamen Capituli, Populi, & Rectoris, *d.disc.42.n.2.*
Et præsumptio hujusmodi solemnitatum resultat ex lapsu temporis, *d.disc.42.n.4.*
Fallit ubi actus ex sui facie appareret læsivus, *d.disc.42.n.6.*
Quanam causa requiratur ad effectum dictæ dismembrationis, & unionis, *d.disc.42.n.5.*
Circa illius justificationem non defertur attestationibus ordinarii, *d.disc.42.n.5.*
Ille cui sit unita Parochia, an petat augmentum bonorum, quæ fuerunt assignata Vicario pro congrua, *de Paroch.disc.39.per tot.*
Et quid de casu converso, *n.7.& 8.ibid.*
Unita si fuerit, vel erecta in Collegiatam præservata censetur congrua pro exercente curam animarum, *de Jurep.disc.10.n.18.*
Unita provideanda est de Vicario cum assignatione congruæ, *Ann. ad Conc.disc. 9.n.1.*
Dismembrata diversa reputantur, & independens exceptis quibusdam honorificis, *Ann.ad Conc.disc.16.n.9.* ubi declaratur.
Et de jure decimandi inter ipsas, *d.disc.16.n.9. in fine.*
Annexa monasterio providenda est de Vicario sæculari, *de Paroc. disc.21.n.1.*
Et an talis Vicaria debeat esse manualis, vel perpetua, *d. disc.21.n.3.*
Sociativè unitæ solent in aliquibus locis, *Ann.ad Conc.disc.8.n.25.*
Quas expedit dividere, & de modo faciendi istam divisionem *Ann.ad Concil.disc.8.n.26.35.& seqq.*
Inter duas parochiales curam æqualiter administrantes facienda est æqualis divisio, *de Paroch.disc.33.n.4.*
Seminario uniri non potest, *de Paroch.disc.35.n.4.*
Vid. Dismembratio.

PAROCHIALIA JURA.

Non dicuntur incerta, & de ratione, *de Jurep.disc 10.n.15.*
Dominium bonorum, & jurium Ecclesiæ unitæ quando dicatur esse penes Ecclesiam dominantem, vel etiam penes Vicarium, *de Paroch.disc.39.n.2.& sub n.6.& seqq.*
De jure funerandi, & sepulturæ emolumentis in Cathedrali Tusculana, *de Benef.disc.122.sub n.1.*
Et an ista emolumenta pertineant ad coadjutorem, vel coadjutum, *d.disc.122.per tot.*
Et quando Parochia prætendere valeat jus privativum sepeliendi, *de Paroch.disc.27.per tot.*
Prætendi non possunt à Collegio, seu beneficiatis penes quos resideat cura habitualis, *de Paroch.disc.46.sub n.4.& 5.* ubi declaratur.
Quamvis regulariter spectant ad habentem curam habitualem correspectivè ad laborem, *de Paroch.disc.22.n.7.disc.23.n.7*
Et de quæstione inter Rectorem habitualem Ecclesiæ dominantis, & Vicarium Ecclesiæ unitæ super juribus, & præeminentiis parochialibus, *de Paroch.disc.39.sub n.4.*
Residere dicuntur penes matricem, non autem penes adjutricem, *de Paroch.disc.33.n.6.*
Possunt in una persona intellectuali representata per plures, *de Paroch.disc.33.n.8.*
Non immutantur per accidentalem habitationem, *de Paroch, disc. 23.n.9.*
Quid attento Statuto Cleri Romani, *n.10.ib.*
Qualia propriè sint dicenda, *de Paroch.disc.31.n.8.*
Proveniunt ex reciproca necessitate administrandi, & recipiendi sacramenta, *de Paroch.disc.23.n.8.disc.28.n.6.*
Remanentia penes matricem possunt esse in Ecclesia filiali, *de Paroch.disc.27.n.9.*
An dari valeant in personis absque territorio, *de Paroch.disc.24. per tot.*
Penes Rectores Hospitalium an residere dicantur respectu morientium in ipsis, *de Paroch.disc.23.38.& disc.41.per tot.*
Administratio baptismatis, & matrimonii in hospitalibus, cui competat *d.disc.41.n.3.*
Quid de descriptione animarum fieri solita propè diem Paschatis, *d.disc.41.n.4.*
Et quid ubi decedentes in hospitali eligant sepulturam in alia Ecclesia, *d.disc.41.n.5.*
Quid in his casibus operetur observantia, vel consuetudo, *n.6.& 7.ibid.*
Privilegium concessum per Clem. VIII. Hospitali ad Sancta Sanctorum interpretationem recipit ab observantia, *d.disc.41. num.7.*
In funeribus quomodo considerentur, *de Paroch.disc.22.n.4.disc. 30.n.2.*
Cætera, *Vid. Congrua, Decimæ, Emolumenta, Parochus, Ecclesia quoad Jus decimandi, Quarta.*

PARO-

PAROCHUS IN GENERE.

Exercere, an possit curam in personis, vel familiis intra fines alienæ parochiæ, *de Jurisd.disc.20.n.24.*
Transferre non potest omnimodam curam de una Ecclesia ad aliam etiam cum consensu Episcopi, *de Jurisd.disc.30.n.6.*
Imò Rector successor, vel Episcopus in ea esset manutenendus, *d.disc.30.n.6.*
Grata, seu consultiva nominatio quam ordinarius accipiat à Populo de Parocho non tribuit jus præsentandi, *de Jurisd. disc.32. num.6.*
Habitualis Ecclesiæ dominantis, an habeat præeminentias, & jura Parochialia adversus Vicarium Ecclesiæ unitæ, *de Paroch. disc.39.sub n.4.vers.* Alter.
Et an jus decimandi competat Rectori Ecclesiæ dominantis, vel potius Vicario, *sub n.4.ib.vers.* Tertius *remiss.*
Et de quæstione inter eosdem super quantitate congruæ, *sub n.4.ib.vers.* Quartus.
Vicarius non potest petere supplementum congruę diminutæ, *de Paroch.disc.39.n.7.*
Prouto converso si augeatur ejusdem Vicarii commodo cedit, *ib.*
Cum infirmis, & aliis existentibus in Hospitali sito in Parochiam quæ jura competant, *de Parob.disc.23.38.& 41.per tot.*
Vid. Parochialia Jura.
Ubi penes Archipresbyterũ sit utraque cura habitualis, & actualis potest peragere functiones absque interventu Capituli, secus ubi penes istud esset cura habitualis, *de Paroch disc.46.n.2.*
An possit sibi adscribere in Testamento, *de Testam.disc.8.n.10.*
Testamentum coram ipso, an, & quando valeat, *Vid. Testamentum coram Parocho.*
Ob rebellitatem privari potest prævia citatione per edictum, *de Benef.disc.77.sub n.12.*
Residere tenetur intra fines parochię, imò prope parochialem, *Ann.ad Conc.disc.4.n.11.* ubi declaratur.
Quid de Vicariis perpetuis, *ib.*
Non amittit suam jurisdictionem si moriens in hospitali sit in alia Ecclesia tumulandus, *de Parochodisc.23.n.15.*
Non immutatur ejus jus per causativam, & accidentalem habitationem, *d.disc.23.n.9.& 10.* ubi quid attento Statuto Cleri Romani.
Approbatus, an possit ad Episcopi arbitrium subjici novo examini, *de Paroch.disc.16.per tot. Ann.ad Conc.disc.32.n.37.*
Impedire, an possit solemnitates celebrandas in ejus Ecclesia, *de Paroch.disc.30.n.6.*
Potest impedire functiones parochiales in Oratoriis privatis, *de Paroch.disc 31.n.4.*
Quid de non parochialibus, & factis in aliqua publica, *d.disc. 31.n.5.*
Functiones spectant ad Rectorem Ecclesiæ, in qua quis sepelitur extra parochiam, *de Paroch.disc.31.n.7.*
Habet fundatam intentionem etiam in hospitali sito intra fines parochiæ, *de Paroch.disc.38.n.2.*
Jus habet sepeliendi decedentes absque electione sepulturę, *de Paroch.disc.27.n.2.*
Eidemque activè, & passivè spectat jus interveniendi in funeribus, *de Paroch.disc.28.n.6.*
Non tenetur ad laborem non necessarium in funeribus pro sola pompa, & voluptate partium, *de Paro. d.disc.28.n.7.*
Imò hoc casu petere potest majora emolumenta, *de Paroch. disc.30.n.4.*
Impedire potest ne Episcopus asportet imaginem intra fines suæ parochiæ repertam, *de Paroch.disc.32.n.7.*
Imperitus, an debeat habere coadjutorem, vel Vicarium, *Ann.ad Conc.disc.9.n.15.*
Constitutus esse debet in ordine sacerdotali, *Ann.ad Conc. disc.20. n.10.disc.24.n.5.*
Prędicandi munus habet, *Ann.ad Conc.disc.3.n.1.& 2.*
Et ubi per se ipsos prædicare velint, non potest Episcopus alium deputare, *n.2.ib. Miscell.disc.27.n.3.& 5.*
Et an deputet concionatorem ab Episcopo approbandum, *d. disc.27.n.5.*
Vid. Concionator.
Reficere debet Ecclesiam parochialem, *Miscell.disc.29.n.23. vers.* Adest.
Actualis distinguitur ab habituali, *Miscell.disc.1.n.23. versic.* Adest.
Cogi potest ad interessendum lectionis S. Theologię, *Ann.ad Conc. disc.2.n.8.*
Etiam quod provisi essent per concursum, *n.9.ib.*
Dicitur Episcopus ubi non adsint parochiæ distinctæ, *de Decim. disc.1.n.4.disc.17.n.10.disc.28.n.7.*
Deputatque in singulis locis curatos amovibiles, *d.disc.1.n.4. disc.17.n.10.*
Ipsa tamen non dicuntur parochi. *sub n.10.ib.*
Plures in eadem Ecclesia dari non possunt, *Annot.ad Conc.disc.9. num 1.*
Card.de Luca Reporter.
Sed benè plures Vicarii, *ibid.*
In quo differat à Capitulo circa jurisdictionem, *de Regul.disc.65. num.7.*
Consentire debet in erectione novi monasterii, *de Regul.disc.1.n. 69.disc.29.n.14.*
Et si non præstat consensum suppleri potest à superiore, *d. disc.29.n.15.*
Non præcedit Capitulum Cathedralis, & quid quoad singulos canonicos, *de Regul.disc.65.n.11.*
In propria Ecclesia quando præcedat dignores, *de Regul.disc. 16.n.3.& 4.*
Alia, *Vid. Vicarius Parochialis, Rector, Examen Parochorum, Præcedentia.*

PAROCHUS QUOAD DECIMAS.

Oblationes quæ fiunt imagini intra suam parochiam repertæ, an spectent ad ipsum, vel Episcopum, *de Paroch.disc.32.nu.4.& 5. de Jurep.disc.12.n.9.& 10. Ann.ad Concil.disc.18.n.5. de Decim. disc.19.per tot.*
Prejudicare, an possit successoribus in exactione decimarum, *de Decim.disc.15.sub n.10.& 11.*
Decimas, an solvat alteri parochos, *de Decim.disc.1.n.29.*
Jus decimandi quando habere dicatur in aliena parochia privativè ad proprium parochum, *de Decim.disc.10.cum seqq.per tot.*
Existens in quasi possessione juris decimandi est manutenendus non obstante prætensa exemptione, *de Decim.disc.5.n.15.*
Juris assistentiam in Decimis quando habere dicatur, *Vid. Assistentia Juris.*
Habitualis retinere potest decimas aliquorum fructuum reliquis dimissis Vicario, *de Decim.disc.11.n.10.*
Provisus de bonis fructiferis, an consequatur decimas, *de Decim. disc.9.sub n.9.*
Vid. Decimæ, de Decim.in Sum.n.11.

PAROCHUS QUOAD MATRIMONIUM.

Fidei ab eo factæ de matrimonio creditur quamvis liber non reperiatur, *de Jurep.disc.3.n.22.*
Pro forma matrimonii vagantium est ordinarius, *Ann.ad Conc. disc.29.n.2.*
Proprius requiritur ad validitatem matrimonii, & quis proprius dicatur ad hunc effectum, *Ann. ad Conc.disc.26.num.4.10.& seqq.& 24.*
Sufficit quod sit parochus unius ex contrahentibus, *de Matr. disc.1.n 8.disc.4.n.13.*
Non requiritur ejus interrogatio, & non refragatur dissensus, *Ann.ad Conc.disc.26.n.27.*
Neque illius convocatio fraudolenta obstat validitati matrimonii, *de Matrim.disc.2.n.8.disc.3.n.21.disc.6.sub n.5.*
Substitutus, seu Vicarius assistere potest matrimoniis, *Ann. ad Conc.disc.26.n.18.*
Vid. de Matrim.disc.6.n.8.
An autem ipse possit concedere licentiam alteri presbytero, *d.disc.26.n.26.*
Benedictio ipsius non est necessaria in matrimonio ejusque falsa credulitas non excusat, *de Matrim.disc.6.n.7.*
Graviter peccat omittendo denunciationis, *de Matrim.disc.1.n.6. disc.2 n.7.*
Cappellanus, seu Vicarius exercitus quando sufficiat cum militibus in celebratione matrimonii, *de Matrim.disc 4.n.15.*
Vid. Matrimonium quoad Parochum, de Matrimoni. in Summ. num.28.

PAROCHUS QUOAD REGULARES.

De quibus illi debeatur quarta, seu portio Canonica per Regulares & quando privilegia suffragantur, *de Paroch.disc.25.& 40. per tot.*
Vid. Quarta.
Prohibere, an valeat Regularibus, ne funera peragant, & in eis interveniant, *de Paroch.disc.43.per tot.* ubi de concordia Majoricen.
Quomodo intelligendæ sint conventiones, quæ in hac materia fiunt inter Clerum sæcularem, & Regularem *d.disc.43.n.3.*
In libertate parochi repositum est convocare ad funus Regulares, Confratres laicorum muticos, *d.disc.43.sub n.3.& 4.disc. 46.n.3.*
Amplia licèt cura habitualis esset penes Collegium, nam adhuc parochus, vel Archipresbyter actualis potest evocare clericos alterius Ecclesiæ, *d.disc.46.n.4.*
De æquitate essent præferendi Clerici ejusdem Collegii, vel Ecclesiæ *d.disc.46.n.5.*
Nihil exigere potest à Religiosis occupantibus domos ad fundandum, vel ampliandum Conventum, *de Paroch.disc.29.n.7.*
Et quare nullum emergat præjudicium, *n.8 & 9.ib.*
Quid de Hebræis inhabitantibus domos intra suam parochiam prius per Christianos inhabitatas *de Paroch.disc.29.n.3.vel 4.*
Regularibus quando prohibere possit administrationem sacramentorum infirmis, *de Regul.disc.1.n.60.disc.65 n.8.*
Antiquitus subministrabat sacramenta, & ab eisdem decimas recipiebat, *de Regul.disc.1.n.6.*

Fundationem monasterii non potest impedire sub prætextu, quod domus parochiæ incorporentur, *de Regul. disc. 33. n. 9.*
Domus Probationis Societatis Iesu quare impedire non valeat, *disc. 33. n. 8.*
Processiones Regularibus quando possit impedire, *de Regul. disc. 1. n. 64. Vid. Processiones.*
Funerandi, & sepeliendi jus habet etiam, quod cadaver sepeliatur in Ecclesiis Regularium, *de Regul. disc. 1. n. 47.*
Officium verò super cadavere, an spectat ad Regulares, *de Reg. disc. 65. n. 8. & 9.*
Vid. Officia Ecclesiastica.
Regularis approbandus est ab ordinario, cui subjacet circa curam, *de Regul. disc. 1. n. 25.*
Quartam funeralem in Ecclesia Regulari quando possit exigere, *de Regul. disc. 1. n. 57.*
Er an ex legatis factis Ecclesiæ Regulari, *n. 59. ib.*
Vid. Quarta, Regulares, Fundatio Monasterii.

PARS.

Multa permittuntur in parte, quę prohibentur in toto, *Bosc. ar. 2. n. 176.*
An, & quando fæmina exclusa faciat numerum, & partem, *de Legit. disc. 1. n. 19. disc. 2. & seq. per tot.*
Vid. Fœmina Exclusa.
Major, *Vid. Major Pars.*
Attrahit ad se minorem, *de Paroch. d. se. 1. n. 23.*
Interessata qualis dicatur, *de Judic. disc. 3. n. 57.*
Vid Membra.

PARTICIPATIO.

Utilium differt à Societate appaltus, *de Regal. disc. 91. n. 15. disc. 90. n. 12. de Cred. disc. 87. n. 6. & 7. disc. 88. n. 4. disc. 89. n. 5.*
Et contra eum non competit actio creditori, *d. disc. 88. n. 4.*
Participans de commoditate vectigalium, ut socius potest apponere ministrum licèt non possit condominus, *d. disc. 91. n. 5. 13. & seqq.*
Et assistentem eorum perceptioni, *d. disc. 91. n. 14.*
Tenetur tamen solvere collectam impositam ratione bonorum, *de Regal. disc. 92. n. 10.*
An contra eum fisco, vel Reipublicę competat actio, & à quo tempore, *de Cred. disc. 88. n. 9. & 10.*
Pœnarum, & incamerationum, *de Judic. disc. 39. n. 35.*
An quis promoveri valeat ad titulum massæ debitæ nationalibus, *Annot. ad Conc. disc. 14. sub n. 35.*
Particeps, an possit sine speciali facultate sumere ad cambium, *de Camb. disc. 13 n. 7. & 8.*
Vid. Thesaurarius, Pena.

PARTITANTES.

Cum Principe, vel Republica expenduntur, *de Cred. disc. 65. n. 11. & 12.*

PARTITÆ.

Contrapositę, seu giratæ inter mercatores vim solutionis habent, *de Regal. disc. 115. n. 14.*
Banchi publici æquipollent publico banco, *de Judic. disc. 29. n. 11.*
Dividi quando valeant, & acceptari in una parte, *de Judic. disc. 30. num. 23.*
Vid. Banchum, Liber.

PARTUS.

Secto ventre matris detectus non potest dici talis, *de Testam. disc. 11. n. 3. Vid. de Success. disc. 46. per tot.*
In quinto, vel octavo mense, an dicatur vitali, & matri succedat, *d. disc. 46. n. 8. & 10 de Legat. disc. 40. n. 5.*

PASCUA.

Intra territorium propriæ patriæ civibus competunt, *de Reg. disc. 94. n. 5. disc. 95. n. 5. de Jurisd. disc. 48. n. 3. de Serv. disc. 38. n. 5. disc. 41. n. 5. disc. 42. n. 1.*
Et non dicitur servitus, *de Serv. disc. 37. n. 4. & seq. disc. 42. n. 2. disc. 40. n. 5. disc. 38. n. 6.*
Intellige de pascuis communalibus non autem privatis, *de Regal. disc. 94. n. 6. de Jurisd. disc. 48. n. 4. de Serv. disc. 35. n. 4. & seqq.* ubi declaratur.
Quid de districtualibus, seu comitatensibus in toto districtu, & territorio, *de Regal. disc. 94. n. 7. & 8. de Serv. disc. 95. n. 7.*
Et in specie Civium Romanorum in toto districtu Romano, *d. disc. 94. n. 7. & 8.*
Intellige quoque de animalibus propriis, *de Serv. disc. 40. n. 3. & seqq.*
Quid de animalibus ad soccitam, seu aliàs ad industriam, *d. disc. 40. n. 3. & 9.*
Communalia dicuntur Principis, seu Civitatis, *de Feud. disc. 2. n. 8. de Jurisd. disc. 48. n. 3.*
An autem Communitates habeant juris assistentiam, vel Barone, *de Jurisd. disc. 48. sub n. 3. remiss. vid. de Servit. disc. 36. & disc. 38. n. 7.*
Tamquam fructifera decimantur, & collectantur, *de Regal. disc. 59. n. 8. de Decim. disc. 8. & in Sum. n. 29.*
Et decima debetur etiã de prædiis incultis, *de Dec. disc. 4. n. 12.*
Et cœtus animalium depascentium solvuntur pro decima, *de Decim. disc. 8. sub n. 3.*
De concursu duorum parochorum pro animalibus depascentibus in diversis locis, *de Regal. disc. 97. n. 9.*
Consuetudine regulantur, *de Regal. disc. 94. n. 19.*
Dominus præfertur pro animalibus in loco depastis, *de Cred. disc. 16. n. 14. disc. 18. n. 4. disc. 19. n. 14.*
Amplia, ut retinere valeat animalia, *d. disc. 16. n. 15.* ubi declaratur.
Et præfertur mutuanti ad emenda animalia, *de Cred. disc. 18. num. 6.*
Fida solvenda, & fisco pro animalibus forensibus, *de Regal. disc. 94. n. 2.*
Et pro quibus animalibus sit solvenda, *de Regal. disc. 95. n. 2. & 3. de Serv. disc. 36. n. 14.*
Cives in toto districtu non dicuntur forenses ad effectum solutionis fidę, *de Regal. disc. 94. n. 7.*
An hujusmodi fida afficiat Clericos, *Miscell. disc. 8. sub n. 9.*
Et, an sit solvenda pro illa specie animalium, pro qua nunquam exacta fuit, *de Serv. disc. 36. n 14.*
Concessa censentur in eo, quod superest habitantium usum, *de Regal. disc. 94. n. 11. de Serv. disc. 36. n. 10. disc. 43. n. 5.*
Communio inter duas Civitates est quaudocumque dissolubilis, *de Regul. disc. 5. n. 10. de Serv. disc. 95. n. 6. & 7.* ubi declaratur.
Posita territoriorum divisione dari solet inter duo castra, *de Regal. disc. 95. n. 4. & 7.*
Dividi possunt per observantiam, vel Statum in diversis contradis, *de Regal. disc. 94. sub n. 10. de Serv. disc. 39. sub n. 8.*
Præscribi debent cum immemorabili, *de Jurisd. disc. 36. sub n. 5. disc. 48. sub n. 4. de Serv. disc. 35. n. 18. & 19.* ubi declaratur, *disc. 39. n. 11. disc. 95. n. 5.*
Præscriptio tribuit facultatem sumendi pascua in alieno non impedito tamen domino ejusdem fundi, *de serv. disc. 35. n. 16.*
Non sufficit probare actus possessorios, nisi probetur, quod jure servitutis fuerint, *de serv. disc. 95. n. 3.*
Jus pascendi quomodo probetur, *de Jurisd. disc. 48. n. 5.*
In dubio non præsumitur, & negativam intentans dicitur habere fundatam intentionem, *de serv. disc. 39. n. 10*
Quid importet, *de servit. disc. 35. n. 16. disc. 42. n. 2. disc. 40. n 5.*
Quando competere dicatur ratione condominii, vel ratione servitutis, *de serv. disc. 35. n. 5. & seqq. disc. 39 n. 7. vers.* Altera.
Et de differentia, an competat jure dominii, vel servitutis, *de servit. disc. 37. n. 10.*
Dicitur onus intrinsecum, & connaturale, & non cadit sub promissione rei liberæ, & exemptæ, *de serv. disc. 42. n. 2.*
Non concernit interesse civium in universum, sed singulorum, *de serv. disc. 31. n. 4.*
Vade non potest major pars prejudicare sine aliorum consensu, *ib. & n. 8.* ubi declaratur.
Baro dicitur primus civis, & quomodo depasci valeat cum ejus animalibus, *de serv. disc. 36. n. 2.*
Baro, qui sit dominus territorii, an, & quomodo teneatur pati usum civium in pascuis, *de serv. disc. 36. n. 9. & 11. disc. 42. per totum.*
Alterare non potest solitum pretium, seu fidam, *d. disc. 36. num. 12.*
Ut Baro acquirat dominium pascuorum etiam privativè ad dominos prædiorum requiritur immemorabilis, *de servit. disc. 36. num. 5.*
Quid in possessorio, an debeat obtinere ex sola possessione, *n. 6. ib. & 7.*
Vid. de serv. disc. 95. sub n. 1. & seqq.
De Barone, qui sit dominus pascuorum excrescentium, & habeat jus affidandi animalia exterorum, *de serv. disc. 36. n. 4.*
Communitas, an possit facere aliquam bannitam, seu defensam contradicente Barone, *d. disc. 36. n. 3. remiss. disc. 38. n. 2. disc. 43. nu. 3. disc. 41. n. 8. vid. Bannita.*
Et an condere possit Statuta adimentia, vel restringentia civibus, & incolis civiçam facultatem pascendi, *de Serv. disc. 41. per tot.*
Reducere potest aliquam partem ad bannitas pro convertendo pretio in solutionem onerum, *de Serv. disc. 37. sub n. 7. disc. 43. n 3. disc. 41. n. 8. & vers.* Applicando, *disc. 39. n. 13.*
Quando id agi dicatur ad livorem, & æmulationem, *de Serv. disc. 41. n. 6. & 7.*
Et de causis excusantibus hujusmodi provisiones, *d. disc. 41. n. 8.* ubi latè.
Pro servitio agriculturæ, & Annonæ reservari potest aliqua pars pro usu bovum, *de Serv. disc. 41. sub n. 8. vers.* Alter, *disc. 38. sub n. 8. vers.* Nam etiam.
Habens jus pascendi in fundis, & terris apertis, an prohibeat dominis, ne sepibus, & foveis recingat, *de Servit. disc. 37. & 38. per tot.*
In præjudicium juris pascendi non possunt immutari forma, & cultura, *de Serv. disc. 37. n. 2. 3. & seqq.* ubi declaratur, *disc. 38. n. 3. disc. 0. n. 5. & seqq. disc. 41. n. 5.*
Licitum est proprios agros, vel fundos muris, vel sepibus claudere, *de Servit. disc. 37. n. 6. & seq.* ubi declaratur, *& disc. 38. nu. 5. & 8.* ubi pariter declaratur illosque ferere, & colere, *d. disc. 39. n. 3. & 4.*
Quamvis reducerentur ad usum pratorum, *d. disc. 39. num. 4. 8. & 9.*
Competentia civibus possunt eisdem de eorum consensu prohiberiut ita aliis publicis oneribus consulatur, *de Serv. disc. 39. n. 13.*
Jus illa sumendi intelligitur post secatas segetes, & fructus recollectos, *de Serv. disc. 39. n. 3. disc. 38. sub n. 6.*
Baro dominus pascuorum potest prohiberi ne vendat exteris, sed ea concedat civibus pro pretio inalterabili, *d. disc. 39. num. 12. disc. 43. n. 6.*
Ipsaque prælatio procedit etiam in pascuis Regiis, oppidanis, & incolis, *d. disc. 43. sub n. 6. vers.* Quam.
Cives habentes in territorio jus pascendi non possunt tenere exterorum animalia ad soccitam, *de Serv. disc. 40. n. 3. & seq*
Et, an jus pascendi suffragetur pro animalibus ad industriam *d. disc. 40. n. 6.*
Socius non communicat socio jus pascendi, *de Serv. disc. 40 n. 4.*
Dominus loci prohibere non potest incolis usum lignandi, & pascendi, *de Serv. disc. 42. per tot. disc. 36. n. 11.*
Etiam si Baroni per Principem expresè concessum esset feudum cum nemoribus, silvis, & forestis exemptum ab omni onere, *d. disc. 42. n. 2.*
Quid ubi habitatores introduxisset in locum sub hac lege, *d. disc. 42. n. 3. in fin. remiss.*
De privilegiis Dohanæ super prælatione affictus bannitarum, & pascuorum, *de Serv. disc. 43. & 44.*
Et, an locum habeant ubi communitas illa vendat ejusdem loci civibus, & incolis, *d. disc. 43. per tot.*
Isti cives, & incolæ non dicuntur extranei emptores, vel conductores dum quod est de dominio communitatis dicitur de dominio civium, *d. disc. 43. sub n. 3. & 4. & n. 10.*
Quando dicatur locatio ad longum tempus ad prædictum effectum, *de Serv. disc. 44. n. 2.*
De distinctione bonorum pertinentium ad communitates in proposito juris pascendi, *de Serv. disc. 43. n. 7.*
Et in quibus bonis cives non habeant jus civicum, *d. disc. 43. num. 9.*
Ditiores, & nobiliores quomodo sint regulandi circa numerum animalium ut servetur æqualitas, *de Serv. disc. 41. sub n. 8. vers.* Tertius.
Baro quot animalia retinere possit, *ib. & disc. 36. sub n. 2.*
De privilegio concesso animalibus vaccinis, *de Serv. disc. 40. n. 7.*
De controversiis inter Barones, seu dominos, & vassallos, seu habitatores loci, *de Serv. disc. 36 per tot.*
Et de differentia inter Barones habentes hoc jus in sola ratione jurisdictionali, vel ratione dominii ipsius territorii, *d. disc. 36. n. 2.* & signanter, *& n. 8. & seq.*
De duobus ejusdem rei dominiis penes duos diversis respectibus, *de Serv disc. 35. n. 6.*
Et de distinctione inter dominium fructuum naturalium penes communitatem, vel dominium loci, & particulares sint domini in solo industriali, *d. disc. 35. n. 7. & seq.*
Et quomodo probetur dominium, *n. 9. & seq. ib.*
Et de facultate faciendi bannitas, seu reservatas, *d. disc. 36. sub n. 12. vers.* Idemque.
Herba est domini fundi in quo nascitur, *de Serv. disc. 35. n. 4.*
Remedia possessoria, quando competere non possint in hac materia, *de Serv. disc. 95. n. 2. & seq.*
Non intrat ubi præcessisset conventio, vel transactio non retinendi aliquam animalium speciem, *d. disc. 95. n. 4.*
Vide de Servit. in Sum. ex n. 70. Animalia, Fida, Annus.

PASSUS.

Quid importet, *de Regul. disc. 31. n. 5.*
Constituitur ex quinque pedibus, *de Regul. disc. 1. n. 73. disc. 31. n. 5.*

PATER.

Eo, & filiis infimul vendentibus præsumitur filiorum interventum esse pro solo consensu, *de Feud. disc. 7. n. 5.*
Stipulans pro filiis, & nepotibus non acquiritur iis jus irrevocabile, sed quatenus pater non revocet, latè *Bosc. art. 2. sub n. 66.*
Vide de Donat. disc. 40. ex n. 10 Acquirens in Feudis.
Et censetur stipulare ordine successivo, & ideò jus tantum quæsitum censetur post mortem, seu verius in spe, *d. art. 2. n. 90*
Et censetur stipulasse pro filiis tamquàm hæredibus, *de Don. disc. 11. n. 12. vide disc. 40. n. 10. eod. tit.*
Quidquid filios quæritur ex paterna stipulatione est profectitium, *Bosc. art. 2. n. 80. & seq.*
Quando præsertim, vel virtus paterna, vel industria, aut pecunia interveniant, *n. 81. ib.*
Unde jus ad feudum novum quæsitum pro se, & filiis est profectitium, & revocabile, *n. 82. ib.*
Feudum acquirens erogatione pecuniæ censetur investitus cum facultate de eo disponendi, *Bosc. art. 2. n. 114.*
Administrans bona dotalia, an expensas nuptiales censeatur facere nomine proprio, vel filii, *de Dot. disc. 181. per tot.* signanter, *n. 9*
Et quid prosit adnotatio facta per patrem in libro, seu memoriale, *d. disc. 182. sub n. 9.*
Concessio Principis facti patri, & filiis simul si patris benemerita extant, vel intervenit erogatio pecuniæ facta intelligitur contemplatione solius patris cui propterea totum acquiritur, *Bosc. art. 2. ex n. 129.*
In feudo novo empto jure antiqui, an possit filio præjudicare, *Bosc. art. 5. n. 5.*
An teneatur suppeditare necessaria filio religioso ubi monasterium illa non suppetat, *de Regal. disc. 34 per tot.*
Bona per ipsum data, vel assignata filiis, an cadant sub fideicommisso pro eumdem ordinato, *de Donat. disc. 40. num. 2. de Legit. disc. 21. num. 4.*
Et an censeatur donasse bona assignata, *de Testam. disc. 63. sub num. 6.*
Vide Assignatio.
Acquisitiones factæ pro filiis quando censeantur tamquàm pro ejus hæredibus, vel jure proprio, *de Donat. disc. 40. n. 10.*
Vocatio patris, & filii, an intelligatur ordine simultaneo, vel successivo, *de Don. disc. 47. ex n. 2.*
Distinctio inter dispositionem ascendentis, & extranei procedit in dubio, secus ubi constat de diversa voluntate, *d. disc. 47. ex num. 3.*
Ubi vocati sint nepotes, pronepotes, & descendentes in infinitum cessat vocatio, seu ordo simultaneus, *d. disc. 47. sub num. 4. vers.* Quartò ubi declaratur.
Et an distinctio procedat solùm in ultimis voluntatibus, vel etiam in contractibus, *d. disc. 47. n. 5.*
Tenetur de facto filii suspicientis munus publicum de ejus consensu, *de Tutor. disc. 22. n. 3.*
Vide de Cred. disc. 86.
Naturalis non est à filio instituendus, *de Testam. disc. 79. n. 3.*
Neque eidem debetur legitima in bonis filii naturalis quamvis legitimati per rescriptum, *n. 3. ib.*
Inter eum, & filium naturalem non datur jus vicissitudinarium in succedendo, *d. disc. 79. sub n. 3.*
Et est favorabilior causa filii, quàm illa patris, *sub n. 3. ib.*
Ejus delictum, vel factum quando præjudicet filiis, & descendentibus vocatis in aliqua dispositione, *de Fideic. disc. 207. nu. 3.*
Et an eisdem filiis competat restitutio in integrum, *d. disc. 207. n. 4.*
Si collocavit filiam in monasterio tenetur ornare juxta statum per ipsum monasterium immuratum, *de Jurep. disc. 84. n. 3.*
In beneficialibus, & spiritualibus non intrat patria potestas, & administratio, *de Pens. disc. 84. sub n. 12. de Jurep. disc. 60. n. 20.*
Ad quas expensas teneatur pro alimentis filii extra domum, *de Cred. disc. 86. n. 3. de Fideic. disc. 269. n. 5.*
Feudum, an liberet ab ejus potestate, & tribuat contrahendi, & testandi facultatem, & quid ubi adsit titulus, vel dignitas, *de Feud. disc. 116 n. 10.*
Et per quas dignitates, vel officia solvatur jus patriæ potestatis, *d. disc. 116. n. 11. remiss. & n. 21. & seq.*
An dignitatis, vel titulus Ducis, Marchionis, vel Comitis eximat à patria potestate, *d. disc. 116. n. 24. & seq.*
Feudum simplex non habens annexam dignitatem non liberat à Patria potestate, quo ad bona, & jura independenter à feudo, *d. disc. 116. n. 20. vers.* Ideòque.
Feudatarius filius familias, an, & quando testari valet de feudo, *d. disc. 116. n. 14.*
Et an adsit differentia inter feudum quæsitum ab ipso filio, vel refutatum à patre, *d. disc. 116. n. 18.*
Non tenetur alere filium aliunde provisum, *de Tut. disc. 1. n. 22.*
Vide Alimenta quibus, & à quo, &c.
Investire tenetur dotem ad se reversam, aliàs tenetur ad interesse, *de Usur. disc. 38. n. 11. de Dot. disc. 118. n. 5.*
Et ad quam rationem dictum interesse debeatur, *d. disc. 187. num. 6.*
Eademque obligatio investiendi cadit ubi pater à filio dotem accepit, *d. disc. 187. n. 5.*
Non debet usumfructum in iis, quæ ipse filiis donavit, *de Dot. disc. 32. n. 7. de Don. disc. 40. n. 6.*
Habet in bonis, quæ filio data fuerit in dotem, *de Dot. disc. 187. sub n. 4.*
Sed ipse supportare debet onera matrimonii, *n. 4. ib.*
Vide Ususfructus.
Consensus ipsius in actibus filiorum, an requiratur pro interesse, vel pro solemnitate, *de Dot. disc. 32. n. 11. & seq.* ubi distinguitur actus inter vivos ab illis ultimæ voluntatis, *de Don. disc. 39. n. 2.*
Patrimonium constituere tenetur filio volenti se promovere ad sacros ordines, *de Dot. disc. 53 n. 8.* ubi an ista donatio sit pura, vel causativa.
Legitimam personam quando habere dicatur standi in judicio pro filio, *de Judic. disc. 12. n. 10. & 11.*
Citari potest in causa filii, *de Judic. disc. 9. n. 4.*
Et an requiratur citatio filii in actibus, qui per eum gerantur ratione administrationis, *de Judic. disc. 12. n. 11.*

Tran-

Transferre, an possit pensiones in filium vigore Indulti, *de Pens. disc.60.n.6*
Et quid ubi filius esset illegitimus, *ibid.*
Donare non potest filiis Juspatronatus absque consensu ordinarii, *de Jurep.disc.56.n.14.*
Et non potest mutare conditiones jurispatronatus reservati favore filiorum, *de Jurep.disc.16.n.3.disc.60.sub n.20*
Donationem juratam favore filii revocare non potest, *de Jurep. disc.60.n.20.*
Beneficium, an possit obtinere in Ecclesia, in qua filius habet, *Ann.ad Conc.disc.49.n.2.& 3.de Benef.disc.66.per tot.*
Non consequitur usumfructum in iis, in quibus ipse succedit unà cum filio, *de Alien.disc.27.n.3.*
Usumfructum non habet in bonis ab eodem patre filio donatis, de *Alien.disc.37.sub n.28.de Donat.disc.40.n.6.*
Ex donatione per ipsum facta filio, an in feratur ad tacitam emancipationem, *de Alien.disc.37.sub n.5.et 10.*
Criminosus amittit patriam potestatem in sibi favorabilibus, non autem in præjudicialibus, *de Benef.disc.34.n.14.*
Alere tenetur filium in statu, in quo ipse constituit, *de Cred.dis. 86.n.2.et 3.*ubi declaratur.
Non tenetur pro filio, & è contra, *de Cred.disc.86.n.6.*
Nisi de ejus consensu obtineret aliquod officium, *d.disc.86. per tot.*
Intelligendo tamen de expensis congruis non autem excessivis *d.disc.86.n.17.& per tot.*ubi vide.
Quando teneatur de expensis legationis filii, *de Cred.dis.86. num.13.*
Sine solemnitatibus potest alienare bona filii, *de Alien.disc.27.n. 11.*ubi declaratur.
Etiam quod non haberet usumfructum ubi res sit communis sibi, & filio, *d.disc.27.sub n.9.*
Non tamen potest alienare, aut alia facere sine causa, *de Hæredit.disc.29.n.3.de Alien.disc.27.sub n.11.remiss.*
Tenetur de tutela per filium exercita, *de Cred.disc.86.n.11.*
Administratio bonorum filii, an illi dicatur prohibita ex prohibitione usufructus, *de Alien.disc.27.n.8.& seqq.*ubi plenè declaratur.
In bonis filio donatis tenetur admittere matrem, & fratres ad successionem, *de Don.disc.8.n.5.disc.39.n.4.in fine*
De jure digestorum habebat dominium omnium bonorum filii, secus de jure novissimo ob peculiorum introductionem, *de Donat.disc.39.sub n.4*
Interessatus dicitur in pinguiori statu filiorum tam respectu successionis, quàm usufructus, *de Don.disc.7.n.5.et 6.*
Transigere potest pro filiis, *de Testam.disc.32.n.12.*
Non habet usumfructum in bonis filii Clerici, *de Test.disc.34.n 9*
Præteritus annullat testamentum, & quid si prædecesserit, *de Test.disc.57.n.2.disc.60.n.4.et 5.*
Quam potestatem habeat in administratione bonorum filii, *de Hered.disc.29.n.3.*
Adeundo filiorum hæreditatem sine inventario, an, & quando præjudicet filiis, *de Hæred.disc.29.per tot.*
Solvens debita filii dicitur illa approbare, *de Legit.disc.23.n.7.*
Alimenta consequi potest debet, quàm filius ubi quis non possit alere, quàm unum, *de Legit.disc.10.n.6.*
Ex quibus censeatur nolle gravare filios, *de Testam disc.69.n.5.*
Quid ubi adsit clausula *sine præjudicio, n.7.ib.*
Legitimatum instituere potest, *de Test.disc.52.n.6.*
Disponere potest cum filio illegitimo cum conditione si, & postquam legitimatus fuerit, *de Testam.disc.53.n.10.*
Assignans bona, cum vinculo fideicommissi filiis acceptantibus comprehendit etiam legitimam, *de Legit.disc.21.n.2.*
Cessionem translativam legitimæ, an possit reportare, *de Legit. disc.22.per tot.*
Non potest regulariter convenire cum filio super legitima, *de Legit.disc.16.n.4.*ubi declaratur.
Exhæredare potest filium in casu delicti, *de Legit disc.13.n.6.*
Jus potentius habet, quam mater, *de Legit.disc.10.n.23.*
Dotem in vita constituens compensare censetur illam, quàm legavit in testamento, *de Legit.disc.60.n.3.*
Quid ubi dos data esset minor legata, *n.5.ib.*
Dotis legatum ipsius intuitu factum censetur, *de Legat.dis. 17.n.5.disc.18.n.13.*
Et in dubio censetur filiæ indotatæ secisse legatum pro dote, *de Legat.disc.60.n.4.Vid.Dos quoad Legatum.*
Dotem, an & quando teneatur constituere, *Vid.Dos quoad Obligationem cum seqq.*
Et aliqua in eadem materia dotali, *Vide Conflic.obs.27.29. 36.& 47.Dos quoad Restitutionem.*
Succedere dicitur in bonis filii magis jure proprio, quàm successorio, *de Fideic.disc.126.sub n.5.*
Præjudicare non potest successoribus ex persona propria venientibus, *de Fideic.disc.7.sub n.19.*
Quid ubi contraveniat voluntati testatoris, *d.disc.7.sub nu. 19.& 20.*
Filiationem probat instituendo aliquem uti filium, *de Fideic.dis. 193.num.9.*
Præsumitur æqualiter disponere voluisse cum filiis, *de Fideic.disc. 132.n.4.*
Substitutio ordinata inter filios quænam bona capiat, *de Fideic. disc.79.n.5.*
Emancipans filium, vel nepotem infirmum, an dicatur fraudolenta, *Conflic.obs.259.*
Administrare debet bona fideicommissi pendente spe nativitatis filiorum, *de Feud.disc.7.n.4.*
Nisi contravenisset voluntati testatoris, *sub n.20 ibid.*
Existens in medio cessare facit tacitam pupillarem in substitutione facta per avum nepoti, *de Fideic.disc.126.n.4.*
Vid.Patria Potestas, Acquirens in feudis, Donatio inter Patrem, & Filium, Alienatio Bonorum Minorum, Annua Præstatio, Citatio quoad Personas, &c.Foculare, Usufructus, Filius.

PRO PATREFAMILIAS.

Quando habeatur vivens seorsim à patre, *de Regal.disc.96.per tot.*

PATIENTIA.

Requiritur ad inducendum statum præjudicialem, *de Paroch.disc. 9.n.7.Vid.Scientia.*
Inincorporalibus stat loco possessionis, *de Paroch.disc.9.n.7.*

PATRIA.

Testatoris est omnibus præferenda in distributione elemosynarum *de Testam.disc.68.n 12.*
Vid.Domicilium, Ecclesia Nationalis, Patrimoniales, Appellationes in Genere, Apprehensus, Roma, Cives.

PATRIA POTESTAS.

An, & quando cesset per feudum, vel aliud officium aut dignitatem, *de Feud.disc.116.n.10.& 20.cum seqq.*
Vid.Pater.
Non intrat in beneficialibus, vel spiritualibus, *de Jurep.disc.60. n.20.de Pens.disc.84.n.12.*
In Gallia, an sit in usu, *de Testam.disc.34.n.19.*
Inducta est ad ejus favorem, qui non debet adversus eum retorqueri, *de Don.disc.39.n.2.*
Per matrimonium quando cesset, *de Don.disc.41.n.7.*
Per professionem in Religione, an solvatur, *de Regul.disc.62.n.5.*
Per furorem, vel amentiam, an cesset, *Conflic.obs.302.*
Vid.Pater.

PATRIARCHA.

Constantinopolitanus, quàm jurisdictionem haberet in Italia, *de Paroch.disc.27.n.12.*
Et de Patriarcharum potestate, *Miscell.disc.1.n.14.*

PATRIARCHALES.

Ecclesiæ, *Vid.Basilica, Ecclesia.*

PATRIMONIALES.

Habentes certas qualitates solùm recipi possunt ab aliquibus Ecclesiis, *Miscell disc.1.n.123.*
Vid.Ecclesia Nationalis, Nationales.

PATRIMONIUM IN GENERE.

Administratio patrimonii decocti penes, quem esse dicatur ad effectum culpæ creditorum, *de Feud.disc.126.n.13.*
Administratio juris sive auctoritativa dicitur esse penes Congregationem Baronum; Illa verò facti, & œconomica dicitur esse penes creditores, *d.disc.126.n.13.*
De differentia, & considerationibus particularibus in concursibus qui fiant in Congregatione Baronum, *dict.disc.126.ex num.14.*
Non datur ulterior cursus fructuum, vel usurarum, *num. 16.ibidem.*
Vid.Administrator Patrimonii.
De separatione patrimoniarum, quia nempè aliqui creditores susceperint curam alicujus tenutæ separatim à corpore magis universali aliorum creditorum, *d.disc.126.sub n.13.*
Et si ex eorum culpa non fructaverit, dicta tenuta non possunt postea recurrere ad residuale patrimonium, *d.disc.126.per totum.*
An, & quando quis possit habere duos hæredes, & patrimonia, *de Don.disc.45.n.3.& 9.de Credit.disc.11.n.11.*
In pagano non datur ista multiplicitas, *de Jurisd.disc.90.n.3. de Hæred.disc.3.n.8.10.& seqq.*ubi declaratur, *de Tutor.disc.3. sub n.16.de Cred.disc.11.n 11.de Fideic.disc.188.n.7.*
Fallit in Feudatario, qui dicitur duplex homo, *de Feud.disc. 22.n.3.disc.23.n.9.& in Annot.n.1.*ubi latè, *de Jurisdict.disc. 90.n.4.de Dot.disc.188.n.11.de Hæred.disc.3.n.5.& 6.de Tutor. disc.3.sub n.16.de Cred.disc.11.n.5.de Fideic.disc.188.n.7.*
Et inter eos potest dari actio, & pactio creditoris, & debitoris, *d.disc.23.sub n.9.* & latius *in Ann.n.1.*
Et de pluralitate patrimoniorum in eodem genere feudorum *de Hæred.disc.3.n.7.*
Fallit etiam in Cletico, *de Hæred.disc.3.n.5.de Cred.disc.11.n.4*
Et in milite, *de Cred.disc.11.n.4.de Fideic.disc.11.n.7.*
Quid favore piæ causæ, *de Fideic.disc.188 n.9.*
Duplex, & diversum, an constituatur ex situatione bonorum in diversis provinciis, *de Feud.disc.22.n.4.*

In

In tara dotis non attenditur distinctio patrimoniorum, *de Dot. disc.188.n.11.*
Non dicitur esse extra patrimoniorum id quod per creditores jure pignoris prætorii possidetur, *de Don.disc.45.n.8.*
Posito sub concursu, si deputetur, administrator erit irrevocabilis, *de Tutor.disc.20 n.6.*
Et non potest liberè solvere, aliàs tenetur de proprio, *de Cred. disc.52.n.8.& 9.*
Creditores unius vincunt creditores alterius patrimonii quamvis anteriores, *de Cred.disc.11.n.4.*
Vid.Administrator Patrimonii.

PATRIMONIUM CLERICALE.

S.C.T. satisfactum dicitur quamvis promovendus non habeat verum beneficium Ecclesiasticum, sed simplicem Cappellaniã, *de Don.disc.11.sub n.8.*
Et promoveri potest ad titulum servitii Ecclesiæ receptitiæ, *d.disc.11.sub n.8.*
Neque attenditur, an pro quærendo emolumento adsit aliquod onus annexum, *d.disc.11.n.8*
Constituendum est à patre filio volenti ascendere ad sacros ordines, *de Don.disc.162.n.10.*
Retrocedi non potest à filio ob interesse secundarium de quo, *de Don.disc.2.n.10.*
Fallit ubi cessaret necessitas, & aliunde provisus esset, *d.disc. 2.n.14.*
Alienare potest promotus postquam de beneficio sufficienti fuerit provisus, *de Don.disc.11.n.3.de Alien.disc.38.n.9.*
Regulariter autem alienari non potest, *de Alien.disc.38.n.3. & 4.Ann.ad Conc.disc.14.n.36.*
Neque hypothecari, *d.disc.38.n.5.*
Qualis redditus esse debeat, *Annot.ad Conc.disc.14.n.38.*
Taxatur uniformiter non curata personarum qualitate, *Miscell.disc.5.n.36.in fin.*
In dubio præsumitur sufficiens licèt possit contrarium probari, *de Benef.disc.37.n.7.*
Simulatè constitutum substinetur re non integra, *Ann.ad Conc. disc.14.n.37.*
Quando constitutum dicatur in fraudem onerum, & collectarum, *Miscell.disc.2.n.52.*
Immune esse non deberet si promotus non ascendat ad sacros ordines, *Miscell.disc.2.sub n.52.*
Si diminuatur non irritatur resignatio beneficii, sed resignatarius tenetur ad supplementum, *de Benef.disc.37.n.15.sub n.2.*
Vide Donatio ad Ordines.

PATRONATA ECCLESIA.

Vide Ecclesia Patronata.

PATRONATUS.

Vide Juspatronatus.

PATRONUS IN GENERE.

Alienare potest juspatronatus in alterum compatronum etiam ordinario irrequisito, *Bosc.art.4.n.44.*
Non evadit ob eleemosynas, & oblationes, sed dicitur benefactor, *de Jurisd.disc.41.n.2.de Jurep.disc.12.n.5.*
Et ad acquirendum juspatronatus ex dotatione requiritur dos congrua, & non sufficit pars dotis, *d.disc.41.n.3.de Jurep.disc.55. num.17.*
Declara nisi Ecclesia fuisset depauperata, & accederet animi declaratio, *de Jurep.disc.55.n.17.& 18.*
Et patronus efficitur dotando, vel dando fundum pro Ecclesia quamvis id expressè non dixerit, *de Jurep.disc.55.n.2.& 3.disc. 11.n.1.Miscell.disc.30.n.20.*
Dummodo tamen accedat ordinarii consensus, *d.disc.55.n.4.*
Non potest participare de fructibus beneficii patronati, *de Legit. disc.38.n.7.*
Neque in eisdem se ingerere sub pœna privationis, *de Jurep. disc.20.n.13.disc.12.n.7.Ann.ad Conc.disc.11.n.32.disc.23.n.1.*
Dicitur tamen interessatus ut possit assistere defensioni, & administrationi ab allis faciendæ, *de Jurep.disc.12.n.8.*
Declara ut ubi sit pauper alimenta consequi valeat ab ipsa Ecclesia, *de Benef.disc.37.n 15.*
Et quid in Principibus, *Annot.ad Conc.disc.11.n.32.*
Laicus sive Capellanus non dicitur dominus Ecclesiæ, vel Capellæ, sed solum habere dicitur jus honorificum, *de Præem.disc. 12.ex n.4.*
Et Capella patronata non definit esse de Ecclesia, *d.disc.12.n.8*
Prohibere, an valeat Canonicis, & Capitulo ingressum ejusdem Capellæ, *de Præem.disc.12. ex tot.*
De observantia Capellarum Sixti, & Pauli in Basilica S.Mariæ Majoris circa ingressum Canonicorum cum habitu canonicali, *d.disc.12.n.9.*
Et quando possit impedire ne alii in sua Ecclesia peragant functiones Ecclesiasticas, *de Jurep.disc.52.n.14.*
Sepulturæ prohibet inferri aliena cadavera, *de Præem.disc.12.n.7. Miscell.disc.28.n.9.*
Supplere non debet dotem, cujus redditus fuerint diminuti, *de Don.disc.52.ex n.4.*
Amovere nequit à beneficio manuali quando amoto causatur injuria, *de Jurep.disc.15.n.8.*
Reficere, & ornare tenetur Ecclesiam patronatam, *de Jurep.disc. 52.n.12.*
Et potest prohibere ne alter ornet, vel reficiat Ecclesiam, seu Capellam, *Miscell.disc.30.n.20.*
In limine fudationis adjicere potest quasqumque conditiones etiam juri contrarias de consensu tamen ordinarii, *de Jurep.disc. 15.sub n.6.disc.20.n.16.disc.68.n.8.& seq. de Benef.disc.33.n.6. disc.95.n.8.& 10.*
Jus honorificum in sedendo potest exigere in Ecclesia patronata, *de Jurep.disc.52.n.13*
Ignorantiam legum fundationis allegare non valet, *de Jurep.disc.7. num.5.*
Disponere non potest extra compatronos absque ordinarii consensu nisi esset reale vel transiret cum universitate bonorum, *de Jurep.disc.15.n.6.disc.19.n.11.& 13.*
Vide Donatio Jurispatronatus.
Consensum permutationi beneficii si negaverit absque causa supplebit ordinarius, *de Jurep.disc 44.n.3.*
Perpetuum beneficium, an possit facere manuale de consensu ordinarii, *de Jurep.disc.15.n.3.10.& seq.*
Si fuerit spretus in permutatione quando possit alium præsentare, *de Jurep.disc.44.n.2.*
Provisiones Apostolicæ ei non præjudicant, *de Jurep.disc.2.n.14. disc.6.n.4.*
Ubi sint plures competit omnibus habitualiter, licèt exercitium dividatur, *de Jurep.disc.19.n.13.de Benef.disc.23.n.9.disc.28.n.17.*
Vnius ignorantia præservat lapsum termini ad favorem aliorum, *de Jurep. d.disc.64.n.7.*
Et aliquibus non præsentantibus, vel malè totum residet in eo qui validè præsentat, *de Jur.dis.31.n.3.de Ben.dis.28.n.18.et 19.*
Et si aliqui fuerint impediti totum jus consolidatur in reliquis per jus non decrescendi, *de Benef.disc.13.n.9.disc.28.n.17.*
Et si fiscus alicui succedat ob defectum legitimi hæredis Juspatronatus aliis accrescit, *de Jurep.disc.38.n.9.& 11.*
Et præmissa procedunt tam respectu totius, quàm respectu quotæ Jurispatronatus, *de Jurep.disc.42.n.6.& 7.*
Eo invito fieri non possunt ornamenta in Ecclesia neque imago mutari, *de Jurep.disc.52.n.12.*
Et potest prohibere ne alter ornet, vel reficiat Ecclesiam, seu Capellam, *Miscell disc.30.n.20.*
Clausulæ præservativæ jus ipsius conservant, *de Jurep.disc.3.n.23.*
Consensus ipsius non requiritur in reservatione pensionis, *de Jurep. disc.66.n.14.*
Major pars præjudicat minori. si competat Juspatronatus singulis ut universis, secus si singulis uti singulis, *de Jurep.disc.64.n.17.*
Plures dari possunt diversis respectibus fundationis scilicet dotationis, & situs, *de Jurep.disc.53.n.6.disc.55.n.21.*
Et omnes æqualiter acquirunt Juspatronatus quamvis inæqualiter erogaverint, *de Jurep.disc.61.n.2.*
Possessio unius, an suffragetur hæredi compatroni, *de Jurep.disc.63 num.37.*
Pretio mediante si transferat juspatronatus istud amittit, & acquiritur Episcopo, non autem Compatrono, *de Jurep.disc.56.n. 18.*
Etiam quod accederet ordinarii consensus, *n.19.ib.*
Non efficitur ex solo jure præsentandi, *de Jur.dis.59.n.17.dis.63.n.5*
Possessionem à compatrono quæsitam an, & quando conservet, *de Jurep.disc.63.n.28.& 29.*
Consensus ipsius Apostolicæ provisioni præstitus æquipollet præsentationi, *de Jurep.disc.9.n.3.*
Requiritur in dismembratione, vel unione, quam ordinarius velit facere de beneficio patronatu, *de Jurep.disc.66.n.10.& 11.*
Et in erectione facienda de illo in collegiatam, *n.11.ib.*
Vide Fundator, Juspatronatus, Altaria, Capella, Ecclesia Patronata, Simonia

PATRONUS QUOAD PRÆSENTATIONES.

Admittere potest non patronum ad participationem jurispatronatus, *de Præem.disc.4.n.12.*
Neque ex hac admissione tollitur jus qualitatis patronalis ab admittente, *d.disc.4.n.12.*
Admittens non patronum ad præsentandum eum constituit in quasi possessione præsentandi, *de Jurep.disc.36.n.8.disc.63.n.2*
Non tamen evadit patronus, & superior potest spernere ejus præsentationem, *d.disc.63.n.5.& 6.*
Amplia ut non desideretur consensus ordinarii neque bona fides, *d.disc.63.n.3.4.7.& 8.*
Et præjudicatur etiam quod præsentatio fuerit rejecta, *d. disc.63.n.9.*
Intellige in præjudicium admittentis, non autem successorum seu compatronorum, *d.disc.63.n.14.disc.36.n.9.*
Et ubi presentatio facta fuerit cum scientia patroni, *d.disc. 36.n.13.*
Extraneus admissus dicitur per actum æquipollentem præsentationi, *de Jurep.disc.63.n.11.*

Non